



Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Vita Spirituali, Eivsqve Perfectione - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1611

Conclusio libri, & quis possit dici perfectus. Cap. xl.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77833)

Doroth.
dott. 4.

II.

Psal. 4.

Cass. col.
16.c. 6.

ziosum, quod bono charitatis, & concordiae debeat anteponi. Vnde ita res externas facias, & negotia tibi commissa disponas, vt tamen fratrem charitatem non ledas; sed cum aliorum etiam omnium iactura illam conferues. Quando contigerit vnum vestrum (inquit Beatus Dorotheus) mitti a me in aliquid ministerium, videritque imminentem vel perturbationem, vel damnum, amputet illud, abijciat, amoueat, nec vobis iniucem noceat, sed pereat potius ministerium, nec fieri, dummodo inter vos non fiant turbæ.] Merito quidem vir sanctus hoc suis discipulis praepiebat; nouerat enim munera aut negotia cum charitatis deritudo administrata, Domino Deo placeare non posse.

Illud etiam tibi persuade, nulla causa, quantumvis iusta videatur, iram aduersus fratrem esse admittendam. Ira enim ex qualibet causa concepta, oculos mentis excacat, menitum in verbis non seruat, & boni pacis, & charitatis extinguit. Aduersus peccata tua iram salubrem admires, illud Davidis adimplēs: irascimini, & nolite peccare; quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubiculis vestris compungimini. Erga fratres vero cor placidum & quietum aut semper tene, aut latenter te ipsum compremens, exterius ostende. Non solum autem iram in corde tuo, sed etiam in corde fratris consolare procura: quod occasum abscissione, humili satisfactione, & mansuetis verbis efficitur: a qualiter enim pernicioса est charitati, siue in uno, siue in altero diuorum excitetur.

Non longam vitam tibi promitas, sed reputa tequam citissime esse moritum, & auctuſes iniurias & molestias fratrum ea animi tranquillitate tolerare, quam sine dubio retineres in ultima hora constitutus. Itaque quæ dicuntur, aut geruntur, respice, ac si ad te nullatenus pertinenter: vnde neque eorum affectio ne, neque omissione turbarerit. Sex ista postrema remedia Ioannes Cassianus his breuiſsimis, sed grauiſſimis verbis edocuit. Prima igitur sunt in contemptu substantia mundialis, & omnium, quas habemus, rerum despectione fundamina. Per quam enim iniustum, atque impium est, si post abrenunciatam miseri, & omnium, quæ in eo sunt vanitatem, preiōſiſſimæ fratris dilectioni suppellex vilissima, quæ ſuperfuit, præferatur. Secundum est, vt ita suas vnuſquisque refecet voluntates, ne sapientem, atque consultum eſſe ſe iudicant, ſuis malit, quam proximi definitionibus obedire. Tertium est, vt ſciat omnia etiam, quæ utilia ac necessaria, aſtimat postponenda bono charitari, & pacis. Quartum, vt credat nec iustis, nec iniustis de causis penitus irascendum: Quintum vt aduersus ſe iracundiam fratris, etiam fine ratione conceptam, eodem modo, quo ſuam curare desideret, ſciens aequaliter ſibi pernicioſam alterius eſſe tristitiam, ac ſi aduersus aliū ipſe moueat, niſi eam quantum in ſe eſt, etiam de fratris mente depulerit. Postremum illud eſt, quod generaliter vitorum omnium peremptorium eſſe non dubium eſt, vt ſe de hoc mundo credat, quotidie migraturum. Quæ perſuasio non ſolum nullam in corde tristitiam relidere permetteret, verum etiam uniuersos concupiscentiarum ac peccatorum omnium comprimit motus. Hæc igitur quicunque tenerit, amaritudinem ira, atque discordiam, nec pati poterit, nec inferre.] Si nos hæc documenta diligenter custodierimus, & nosipſos, & noſtras voluntates vice rimus, facile diuinæ gratiæ augmentum promerebimur, qua ex his ad charitatem perfectam, ſiue ad vita spiritualis perfectionem, meam in diuina perueniemus.

A Conclusio libri, & quis poſſit dici perfectus.

C A P Y T X L.

Ex his quæ diximus, conſtar perfectionem spiritualis vita, in ea charitate confidere, quæ (prout poſſible eſt in hac vita) omnes virtutes, & omnia bona in mentem inferat, quibus homo efficitur bonus: & omnia vera mala, quibus homo efficitur malus, ſcilicet peccata, & virtus, ide pellar: Atque adeo perfectionem non vnum ſimplex bonum eſſe, sed multiplex anima bonum, vel (vt verius dicam) omne eius bonum, quo redditur abſolute bona. Licet enim ſola perfecta charitas, que ſcilicet potens fit hominem omnino componere & efficaciter ad rectitudinem reuocare, ſit ſubstantia perfectionis, non tamen eſt perfectionis integritas. Sed hæc (vt diu Thomas ſapienter ait) ex omnium vitorum depulſione, & ex omnium virtutum cati, cumuloque conſlatur. Et quemadmodum ſolis nomen, non primum ac nobilissimum aſtrum viciumque ſignificat, ſed vefitum luce, circumdatum radiis, & ornatum ſplendore: ita perfectionis appellatio in charitatem quadrat, non certe in quacumque charitatem puſilam, ſed in illam, à qua nebula imperfectionum diſceſſerint, & quam dona coeleſtia circumſterent, auxilia gratiæ efficacia ad sancte viuendum cincxerint; virtutes exornauerint. Perfectio fons eſt, cuius principiū eſt charitas, virtutes ſiuii, qui à fonte permanant. Totum quoddam eſt, cuius caput eſt charitas; virtutes alia reliquæ partes, & membra coſtituunt. Thesaurus anima eſt, cuius præcipua gemma eſt charitas, & virtutes reliqua in ſuo graduad. theſaurum pertinere noſcuntur. Sanitas eſt, cuius vis nobilissima eſt charitas, quæ à vita mentis, nempe à gratia procedens, potentiarum dominam voluntatem rectificat. Alia vero virtutes tamquam huius ſalutis partes, vel reliquæ potentiæ ſanat, vel proper alios actus ab amore diſtinguit, ipſam voluntatem afficiunt. Eſt ergo perfectio ſublimiſſimum, ac præstantiſſimum donum Dei homini prærogativum, quo nulli vitio ſubiacet, & omne bonum virtutis habet, & veram mentis puritatem retinet, collum in omnibus diuina voluntati submittit. Quod donum primò & principaliter in charitate poſitum eſt, ſecundò & minùs præcipue in omnibus aliis virtutibus, & earum ſolertiſſima exercitatione collocatum. Et eo quidem dono, vel potius donorum cumulo, Franciſcus, Dominicus, Benedictus, Bernardus, Auguſtinus, Hieronymus, Stephanus, Laurentius, Petrus, & Paulus: & omnes alii (ſue ad ſexum masculum, ſue ad ſemineum pertinente) quos fanctos, & perfectos vocamus, fuerunt à Domino benigniſſima miseratione donati. Et ad idem donum conſequendum anhelant, quotquot nūc in Ecclesia perfectionem ſciant, & veram mentis puritatem, ac sanctitatem exquirunt.

Quia vero certiſſimum eſt, & fide diuinitus immata dictatum, ſempre sanctos & perfectos viros in Ecclesia non ſolum fuſſe ſed & nunc eſſe, & in venturis quoque temporibus eſſe futuros (vna enim ex causis proper quas Ecclesia sancta dicitur, eſt quia sanctos habet, qui totius viribus peccata fugiant, vita daudent, affectionibus prauis reſiſtant) breuiter, quæ prolixi dicta ſunt colligentes, oſtendamus, quemnam ſine vila temeritatis, aut præſumptionis nota poterimus vocare perfectum. Mente igitur ſingulam hominem (& certe non ſingulam, quoniam non paucos hæc à nobis dicenda præſtates habet Ecclesia Dei) conſideremus in quam hominem, qui vel à

Lue. 23.
pueritia sua, antequam sæculi miseras & iniquitates noverit, vel postquam in peccata grauissima ac innumerabiles foeditates impegerit, incipiat Dei gratiam amare, & eius amicitiam, ac ius ad cælestè regnum ambire. Hic primum rectissima fide, & subiectione ad Ecclesiam Catholicam (extra quam nulli manet salus, nec spiritualis vita, quædà minus huius vita perfectionis) ac sincerissima obedientia retenta, vniuersa peccata sua præterita, siue multa, siue pauca, siue maiora, aut minoria, verissimo odio propter Deum suscepito prosequitur, & sacramento confessionis expiat, & per aliquod tempus relictis peccati occasionibus (sicut Petrus, qui egressus foras fleuit amarè amarissimis flentibus, & genibus diluit,

Statim odio sancto in seipsum concepto motus, atque incitatus, corpus suum, nimurum instrumentum peccati, ieuius, vigiliis, precatioribus, flagris, ciliis affligit, summa paupertate, & rerum temporalium penuria, & contemptione premit, vel aliis similibus satisfactionis operibus, & eleemosynis (si potest) in pauperes erogatis, peccata & iniquitates suas, quibus diabolo famulatus est, iustitia, & penitentia exigente castigat. Mox in his operibus perseverans, (quæ ad finem vñque vitæ iustos non deserunt, nisi manifesta necessitas corporalis infirmitatis id exigit, & tunc etiā non omnino discedunt) virtus omnibus, quæ iteratione peccatorum acquisiuit, prolixum, ac immane bellum indicit: & ea omnia (Dei gratia adiuuante, quæ præcipua est totius huius operis causa, ac mirabilis transformationis effectrix) radicis euellit, & funditus ex sinu sui cordis extirpat. Ita scilicet, vt gulam, luxuriam, avaritiam, indignationem immoderatam, accidiam, inanę gloriam, odium, & superbiam ableget, & omnes alias pestes ab iis tamquam à caputibus emanantes proficeret.

Deinde affectus, & passiones suas concupiscibilem, & irascibilem, ac motus earum, non quidem interimit, sed comprimit, nō funditus euellit (nec enim Spiritus sanctus, Stoicorum more, homines insensibiles facit, & passiones, quæ naturales sunt, omnino abolere contendit) sed mortificationis dono cohibet, & assidua eius exercitatione ad quandam inexpertis minus credibilem pacem, & tranquilitatem traducit. Quis námque mundanorum audiens patiētissimum lob tor miseris & calamitatibus impetravit, hæc tranquillè dicere, Dominus dedit, Dominus astulit, sicut Domino placuit ita factum est, sicut nomen Domini benedictum:] non admittetur? Quis eorū legens sanctissimum, ac eloquentissimum Cyprianum (vt alios omittat) nuncium mortis, sicut vita datorem audisse, & ipsam capitalem sententiam in se iniustissimè prolatam, quieto corde, serena facie, hilariamente, & cum gratiarū actione suscepisse, & sicut in rebus prosperis fieri solet, Deo gratias, respondisse; non obstupescat? At perfecti viri Spiritus sancti, potentiam & efficaciam in seipsum experti, non obstupescunt, quia optimè diuinorum donorum acceptio cognoscunt, quantum ille in suis mentibus contemplationem terrenorum immiserit, quā eximiam magnitudinem cordis obtulerit, quā magnam affectibus suorum amicissimorum tranquillitatem concesserit. Qui licet ab aliquo saltem principio externo aliquando inquietetur, facile tamen à gratia moderatur, & in priorem pacem, & requiem sine villa difficit reducuntur.

Vt autem perfectè predictas passiones & affectus cohibeat, ac seipsum tamquam templum Dei, & aulam summī Regis exoneret, virtutibus omnibus acquirendis insistit. Videas illum propter humilitatis

A studium seipsum abscondere, & dona sibi à Domino concessa prudenter occultare; sæculum irritare, honorem, ac gloriam humanam contemnere, & omnibus tamquam maioribus & melioribus libentissime se submittere. Iam obedientia amore captus nullum opus non amplectitur, nullum laborem refugit, nullum onus à Prælatis in iunctum non promptissima voluntate suscipit, proprium sensum abnegat, & voluntatem proterit, vt se definitionibus aliorum accommodet, & maiorum voluntates, ac iusta persicat. Iam mansuetudinis, & patientiae desiderio ardēs contumelias silens audit, iniurias latentes admittit, honoris iacturā, facultatum damna, & corporalis salutis detrimenta gaudio repletus sustinet, & in rebus aduersis, vt Christum crucifixum imitetur, tamquam in rebus prosperis & iucundis exultat. Iam purissimæ castitatis dilectione motus, sensus tuos rerum corporalium imaginibus exuit, corpus atterit, & motus antea insurgentes disciplina censura, & spiritu devotionis consopit: dulces corpori cogitationes, & ineptas phantasias, quibus Dæmon eum ludificari conatur, penitus ablegat, & velut caro cælestis, aut spiritus terrestris in omnibus sui generis, quibuscum conuersatur, non corpus attendit, sed spiritum & Dei imaginem considerat, & oculis internis videre persistit. Breuiter, nulla est virtus cuius naturam non sollet inquirat; nulla, quam non in magno pretio habebat; nulla, quam non amet, quam non internis actibus, & operibus externis exerceat; quam non habere possidat, & non possidere, ac sibi in sponsam adiungere concupiscat.

C Hic felix homo diuina luce perfusus, & doctrina sanctorum eruditus, istius veritatis notionem assequitur; præstantissimum scilicet vincendarum passionum remedium, & assequendarum virtutum instrumentum orationem esse, ac intimam familiaritatem cum Deo, vtpote, quæ intellectum illuminat, voluntatem inflammet; cogitationem purificat, appetitum componat, corpus ipsum emundet, & mentem penitus cælestibus arcanis immerget. Hoc ergo validissimum armorum genus, ad veterem hominem exundum, & nouum induendum, incredibili desiderio sibi adfiscendum inquirit. Longissima temporum spatia, quācum sibi ab obedientia & charitate permittitur, orationis & contemplationis studio concedit, ibi miseras labentes sæculi meditatur; redemptoris gesta contemplatur; Beata virginis, & sanctorum viram admiratur; beneficia largissima Creatoris in se collata recognitat; diuinæ perfectiones purissimis mentis oculis intuetur, & mysteria sacra Scriptura considerat. Ibi mundanorum cœlum deflet, iniquorum miseras, & calamitates deplorat; sæculi stultitias, & facuitates irritat; peccata præterita à se commissa abominatur; quotidianos defectus præsentes luget; odium sanctum aduersus seipsum concitat; virtutes exoptat, postulat, & intercessionem communis maris, ac sanctorum efflagitat, & vt oblatæ bene operandi occasione, se agilem, & prouum inueniat, innumeris modis interies exercet. Ibi Deum suum omnium bonorum originem tenerimè amat, & præ amore deficit, & præ desiderio diuinæ bonitatis assequenda liquefit. Iam de sui dulcissimi sponsi bonis gaudet; iam in consideratione diuinorum perfectionum exultat; iam ob iniurias Domini ab iniquis illias contristatur; Iam omnium iniquorum, & infidelium conversionem, & diuini nominis gloriam, & exaltationem desiderat; iam de bonorum protecta spirituali, aut perfectione latatur; iam incomprehensibilem maiestatem inindicibili exultatione collaudat; iā tanti regis præcepta, atque

D E Ibi mundanorum cœlum deflet, iniquorum miseras, & calamitates deplorat; sæculi stultitias, & facuitates irritat; peccata præterita à se commissa abominatur; quotidianos defectus præsentes luget; odium sanctum aduersus seipsum concitat; virtutes exoptat, postulat, & intercessionem communis maris, ac sanctorum efflagitat, & vt oblatæ bene operandi occasione, se agilem, & prouum inueniat, innumeris modis interies exercet. Ibi Deum suum omnium bonorum originem tenerimè amat, & præ amore deficit, & præ desiderio diuinæ bonitatis assequenda liquefit. Iam de sui dulcissimi sponsi bonis gaudet; iam in consideratione diuinorum perfectionum exultat; iam ob iniurias Domini ab iniquis illias contristatur; Iam omnium iniquorum, & infidelium conversionem, & diuini nominis gloriam, & exaltationem desiderat; iam de bonorum protecta spirituali, aut perfectione latatur; iam incomprehensibilem maiestatem inindicibili exultatione collaudat; iā tanti regis præcepta, atque

confilia adimplere constituit; iam diuinæ voluntati se totum, & omnia ad se pertinentia in tempore & æternitate submittit? Iam creata exhortet, visibilia relinquit, humana transcendit, leplum deferuit, & in Deum intellectu, & affectu, & imitatione verissima transire festinat.

His omnibus, tum externis, tum internis virtutis studiis, diuina gratia, & sacramentorum frequenti susceptione fulcitur, charitas adeò crescit, adeò robusta & fortis efficitur, vt fructus illos suauissimos superiorius commemoratos emitat. Nam & talis esse conspicitur, vt mentem puram & illibaram reddat, quæ ne leuissimas quidem maculas in se perseverate sustineat; vt vniuersa mundana contemnat, & tamquam vilissimastercora abiciat; vt affectus semper quietos, prout hæc vita fert, & minimè perturbatos teneat, nec motus inordinatos aliquando permittat, vt lingnam moderetur, arque reflexer, non solùm ne ad noxia & pernicioxa deflecat, verùm etiam, ne vanâ aut otiosa, aut ab studio virtutis aliena profundat. Tam circumspœcta est, vt vel leuissimas cogitationes auerterat, & nihil nisi purum & sicutum, cogitandum suscipiat; tam ardens, vt nullis obsequiis iam factis satietur, sed semper nouos labores aggrediat, nouas adiunctiones excogitat, noua obsequia, ac famulatus in Dei honorem faciendo inueniat; tam sollicita, vt vniuersas virtutes exsuscitet, & ad actus sibi proprios exercendos impellat; tam sapiens, vt omnia, aut actionis aut contemplationis opera pulcherrimè præster, & omnibus debitibus circumstantiis exornet, ac omnibus numeris absoluta perficiat. Hæc profecto molestias & aduersitates patienter tolerat; vires hominis eam habentis in unum colligit, & ad arcementis, vbi Deus habitat, amanter inuitat, voluntatem creatam, increata voluntati in omnibus subiicit; & ita hominem mutat, vt iam ipse non viuat, sed Christus viuat in eo, & in Deum quodammodo converrit, atque transformat. Tandem eosque procedit, vt Deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, ex omnibus viribus, ex omni virtute, ex omni fortitudine diligat, & nihil nisi in ipso & propter ipsum diligendum, aut complectendum existimet. Hæc charitas est (vt verbis Pauli, & expositione Richardi Veterini simul utr) quæ sola in aduersis non deficit, quia patiens est; quæ iniurias non rependet, quia benigna est; quæ felicitas aliena non cruciat, quia non emulatur; quæ conscientia mala non pungit, quia non agit perperam; quæ honore non extollitur, quia non inflatur; quæ praesse non nititur, quia non est ambitiosa; quam cupiditas non coarcat, quia non querit, quæ sua sunt; quam iniuria non provocat, quia non irritatur; quam sinistræ suspiciones non fœdeant, quia non cogitat malum; quam aliena mala non lætificant, quia non gaudet super iniquitate; quam errores non cœcant, quia congaudet veritati; quam persecutions non frangunt, quia omnia suffert; quam perfidia non inducat, quia omnia credit, eti non omnibus; quam desperatio non absorbet, quia omnia sperat; quam intoleratia non deiicit, quia omnia sustinet, id est, omnia de Deo promissa patienter expectat; quam mortis separatio non intercedit, quia numquam excidit.] Talis est charitas, quam Deus in misericordia largissimus suis interdum amicis concedit.

I. Cor. 13.
Ricba. de
gradibus
Charita-
tis. c. I.

A Vir iustus hac eximia charitate ditatus, & ultra quæ dici potest coherostatus, & Deo devotus, sibi verò ipsi rigidus censor existens, incipit in proximos beneficētia opera deriuare, & eos sicut seipsum diligere. Diligit illos sicut seipsum, quia quod vult ut faciant sibi homines, & ipse efficit illis & quod sibi nō vult fieri, neque ipse alteri facit. Diligit proximos sicut seipsum, quia illos sive sanguine iunctos, sive extraneos, & sive ignotos, sive cognitos, sive amicos, aut inimicos, tenerimo amore prosequitur, & consilio, ope, & bonis (pro sua possibilitate) coadiuat. Diligit eos sicut seipsum, quia neminem temerari indicat, sed aliorum dicta aut facta, si ad se ratione officij nō pertinent, amanter excusat, quia nemini obloquitur, sed omnes in eius ore boni sunt; omnes prudenti ratione defendit; & oblate necessitate, laudationibus extollit: quia neminem prauis exemplis laedit, sed cum eis puritate ac circumspetione vitæ suæ ad omnne bonum faciendum, & omni malum fugiendum, instigat. Diligit sicut seipsum, quia imitatur Christum verissimum amarorem, sic alios amans, sicut ab ipso dilectus est. Amat proximos verè, quia non amat eorum bona pro vt sibi vilia, sed eos ipsos, prout sunt imagines Dei. Amat efficaciter, quia dilectionis affectum, opere & verritate declarat. Amat circumspetè, quia maiora proximorum bona principalius querit, & minoribus antepopit. Amat spiritualiter, quia non animam propter corpus, sed corpus propter animam, & tamquam anima domicilium respicit. Amat gratitudi: quia ex suo amore ab aliis nullum beneficium sperat. Amat viriliter, quia omnibus quantrum potest beneficis & fructuofus existit. Amat perseueranter; quia nulla violatus iniuria à dilectione discedit. Amat mansuetè: quia iniurias sibi à proximis illatas, leniter sustinet. Amat violenter: quia propter alios sua commoda, aut suam salutem corporalem, cum opus est, negligit. Amat dulciter, quia omnibus, vt eos lucretur, e fine vilo detramento propriæ virtutis accommodat. Amat ordinatè: quia meliores & sanctiores, si aliqua naturalis ratio contrarium non dicet, minus perfectis & peccatoribus præfert. Amat denique sublimiter: quia omnibus cœlestia bona exoptat, & ad aeternæ beatitudinis assequeitionem iuare festinat. Qui ita Deum & proximum diligit, & seipsum omnibus virtutum floribus cingit, & ab omnem malo, ab omni affectu inordinato, ab omni inepta cogitatione (prout in hac vita fieri potest) purum illibatumque custodit, & vitam suam hac ratione componit, vt non ad horam, sed ex habitu, & promptè ac faciliter ista omnia, quia diximus, Dei gratia copiosissima fultus retineat; hic vir perfectus, & sanctus est, iam infantiam vitæ spiritualis nescit, profectum ignorat, aut omnino præterit, & perfectionem ipsam ac sanctitatem acquisivit. O beatum illum religiosum, & terque quaterque beatum, qui tam efficacia auxilia recepit, & tam sollicitè laboravit, & tam ardenter suam salutem operatus est. Quia finem cuius gratia sæculum dereliquit consequitus, perfectis annuerabitur, incomprehensibilibus bonis, & diuinis illustrationibus in hac vita cumulabitur, & in futura, sedem inter magnos & inter nobiles curia cœlestis accipiet.

**